Pullum continebat, cuius vesiculae recurvum caput integrabant; vertebrarum sacculi per longum producti adhuc patebant; cor *B* extra thoracem pendulum, triplici, hocque successivo, pulsu movebatur. Nam receptus humor, quandoque adhuc rubiginosus, a vena per auriculam in cordis ventriculos, ab his in arterias, et postremo in umbilicalia vasa *C* demandabatur. Saepe servabam pullum, et exsiccato subiecto vitello, Cor per diem pulsum non intermittebat. Umbilicalium vasorum limbus *D*, lato quasi vase terminabatur, cuius quidem crassitiem ex implicatione reticulari venarum et arteriarum excitari censeo; quod tamen ulteriori eget inquisitione: Exonerabantur autem venae mediis extremis finibus *E* in auriculam cordis.

pulcino, le cui vescicole si addossavano alla testa ricurva; erano inoltre visibili i sacchetti delle vertebre disposti longitudinalmente; il cuore *B*, pendulo all'esterno del torace, si muoveva per triplice e successiva pulsazione. Infatti il liquido ricevuto dalla vena, talora ancora color ruggine, veniva inviato attraverso l'orecchietta nei ventricoli del cuore e da questi nelle arterie, e infine nei vasi ombelicali *C*. Spesso conservavo il pulcino e, dopo che il sottostante tuorlo si era essiccato, il cuore non smetteva di pulsare per un giorno intero. La fascia *D* dei vasi ombelicali terminava come in un ampio vaso la cui grandezza a mio avviso viene provocata dall'intreccio reticolare delle vene e delle arterie. Il che tuttavia necessita di un'ulteriore indagine. Inoltre le vene si scaricavano, attraverso le estremità *E* centrali e terminali, nell'orecchietta del cuore.




figura 15

Fig. 15. - Valde sollicitus eram circa *primaevam* Cordis apparentem formam, et, quam attingere potui a contento sanguine delineatam, hic habebitis. [7] Ex quibus patet, sanguinem perpetuo a venis *A*, a limbo deductis, deferri in auriculam *B*, a qua, brevi interdum intermedio canali, in dextrum cordis ventriculum *C* exprimitur, et inde in sinistrum *D*, et tandem in arterias *E*, a quibus in caput *F*, et umbilicalia vasa *G*.

Ero molto attento a proposito dell'aspetto della forma primordiale del cuore e qui la troverete così come ho potuto osservarla delineata dal sangue contenuto. Da queste immagini risulta evidente che sempre il sangue dalle vene *A* (fig. 15), provenienti dalla fascia, passa nell'orecchietta *B*, dalla quale, attraverso un canale intermedio talora breve, viene spinto nel ventricolo destro *C* del cuore, e da qui nel sinistro *D*, e infine nelle arterie *E*, e da esse nella testa *F* e nei vasi ombelicali *G*.

Circa exaratos Sanguinis ductus fibrosa diaphanaque musculosae carnis portio extendebatur, ut subobscure videbam; cuius necessitatem pulsus arguit. Non semel sanguineos ramos *A* a cordis auricula et dextro ventriculo elongatos licet deprehenderim; adhuc tamen haereo, cum mihi ambigendum occurrerit, productiones esse subiectorum Umbilicalium vasorum⁴⁵.

Intorno ai condotti del sangue descritti si estendeva una porzione fibrosa e diafana di carne muscolare, come ero in grado di osservare in modo piuttosto incerto, e la pulsazione ne dimostra la necessità. Anche se ho osservato non una volta sola che i rami sanguigni *A* si dipartono dall'orecchietta del cuore e dal ventricolo destro, tuttavia sono ancora dubbioso, essendomi capitato un motivo per dubitare, se si tratta di diramazioni dei sottostanti vasi ombelicali.




figura 16

Fig. 16. - Post *binos dies, horasque quatuordecim*, pullus pariter auctior redditus, in colliquamento *A*, curvo capite, pronus iacebat; cerebri vesiculae *B*, sanguineis vasis irrigatae, cum oculorum inchoamentis *C*; spinalis item medulla per longum exporrecta, vertebri *D* contenta, observabantur: Externum corporis habitum colliquamenti *E* portio, crassior et obscurior reddita, veluti involucrum⁴⁶, ambiebat: a corde emanabant sanguinea vasa, quae producta versus medium abdominis, umbilicales arterias *F*, et venas *G* etiam, promebant: Patebant autem venae *G*, una cum arteriis excurrentes, ex inverso sanguinis motu, et eandem fere magnitudinem cum arteriis acquisiverant. Extremus Umbilicalium vasorum limbus *H* sanguineis vasculis excitabatur crassefactis, vel saltem reticulariter implicitis. Placebat, repetitis observationibus, Cordis motum et figuram rimari, quae talis apparebat; Sanguis partim ab extremo limbo *H*, et a vena ascendente et

Dopo 2 giorni e 14 ore il pulcino era nel contempo diventato più grande e giaceva prono, con la testa ricurva, nel colliquamento *A* (fig. 16). Erano visibili le vescicole cerebrali *B* irrorate da vasi sanguigni, insieme agli abbozzi oculari *C*, nonché il midollo spinale disposto longitudinalmente e racchiuso dalle vertebre *D*. La porzione del colliquamento *E*, resa più densa e più scura, circondava, come se fosse un involucro, la parte esterna del corpo. Dal cuore partivano dei vasi sanguigni che, dirigendosi verso la parte media dell'addome, emettevano le arterie ombelicali *F*, e anche le vene *G*. In effetti le vene *G*, che scorrevano insieme alle arterie, erano chiaramente riconoscibili dal movimento inverso del sangue, e avevano acquisito quasi la stessa grandezza delle arterie. La fascia più esterna *H* dei vasi ombelicali si componeva di vasellini sanguigni ispessiti, o perlomeno intrecciati a rete. Mi pareva opportuno esaminare, con ripetute osservazioni, il movimento e la forma del cuore che si presentava così: il sangue, provenendo in parte dalla fascia più esterna *H* e dalla vena ascendente e discendente *I*, si riversava nell'orecchietta *K*; poi questa, ricorrendo a una

⁴⁵ Quali in realtà sono. (Luigi Belloni, 1967)

⁴⁶ Forse la plica cefalica dell'amnio. (Luigi Belloni, 1967)

descendente *I*, in auriculam *K* eructabatur; haec postea pulsu edito ipsum propellebat in cordis ventriculum *L*, qui constrictione media pallidus efficiebatur, et in proximum ventriculum *M*, et tandem in aortam protrudebat, a qua capiti, corporis habitui, et umbilico communicabatur.

pulsazione, lo spingeva nel ventricolo *L* del cuore, che a metà della contrazione diventava pallido, e lo spingeva nel vicino ventricolo *M* e finalmente nell'aorta, dalla quale veniva inviato alla testa, alla struttura corporea e all'ombelico.




figura 17

Fig. 17. - Transacto *triduo*, curvo et prono corpore cubantem reperiebam pullum; in cuius capite *A*, ultra binos oculos *B*, quinque vesiculae *C*, humore turgidae, quibus coagmentatur cerebrum: Crurum quoque *D* et alarum *E* inchoamenta patebant. Vesicularum, cerebrum integrantium, situs et forma talis erat: In capitis vertice amplior locabatur vesicula⁴⁷, vasculis irrigata, hemisphaerae instar; haec subsequentibus diebus in binas dividebatur quasi vesiculas⁴⁸: Unde adhuc haereo, an a principio una an gemina sint vesiculae. In occipite triangularis quasi vesicula *G*⁴⁹ addebatur; sincipitis⁵⁰ vero profundam partem tenebat ovalis vesicula *H*⁵¹, cui proxime locabantur binae vesiculae *I*⁵². Corporis habitum inducta caro contegebat, ita ut sanguinis via non ita facile in oculos incurreret. Oculi *B* eminebant, et ipsorum pupilla nigra, circularique zona in ima parte discontinuata⁵³ excitabatur; centrum vero crystallinus vitreo contentus tenebat. Prope eruptionem umbilicalium vesicula *K* extra

Trascorsi 3 giorni, trovavo il pulcino che giaceva col corpo prono e ricurvo, e sulla sua testa *A* (fig. 17), oltre ai due occhi *B*, trovavo 5 vescicole *C* turgide di liquido, delle quali si compone il cervello. Erano evidenti anche gli abbozzi delle gambe *D* e delle ali *E*. La disposizione e la forma delle vescicole che compongono il cervello era la seguente: alla sommità del capo era situata la vescicola più grande - *F* - irrorata da vasellini emisferici, e nei giorni successivi si suddivideva come in due vescicole; motivo per cui sono ancora in dubbio se inizialmente le vescicole sono una sola oppure due. In sede occipitale si aggiungeva una vescicola *G* quasi triangolare e una vescicola ovale *H* occupava la parte profonda del sincipite, vicino alla quale erano situate le due vescicole *I*. La sovrapposta carne ricopriva la superficie corporea, tant'è che il percorso del sangue non penetrava con facilità negli occhi. Gli occhi *B* erano sporgenti, e la loro pupilla si sollevava in una fascia nera e circolare, interrotta nella parte inferiore; il cristallino contenuto nel vitreo occupava il centro. Presso il punto di fuoriuscita dei vasi ombelicali pendeva all'esterno una vescicola *K*, irrorata da piccoli vasi sanguigni, che ritengo essere lo stomaco muscolare. La struttura del cuore era come qui la mostrerò: infatti in questo giorno

⁴⁷ Il mesencefalo. (Luigi Belloni, 1967)

⁴⁸ I lobi ottici. (Luigi Belloni, 1967)

⁴⁹ Il metencefalo. (Luigi Belloni, 1967)

⁵⁰ Il sincipite è la parte più elevata del cranio.

⁵¹ Il parencefalo. (Luigi Belloni, 1967)

⁵² Gli emisferi cerebrali. (Luigi Belloni, 1967)

⁵³ Per la presenza della fessura coroidea. (Luigi Belloni, 1967)

pendebat, sanguineis vasculis irrigata, quem carnosum ventriculum⁵⁴ censeo. Cordis compages talis erat, qualem hic exhibebo: Naturae enim mysterium, quod superius innuebam, hac die evidenter patebat; Auricula namque *L* sanguinem [8] a venis *M* recipiens, quasi gemino pulsabat motu, veluti binis distincta ventriculis, et ita in cor sanguis quadam propellebatur via, quae ulteriori eget indagine. Dexter cordis ventriculus *N*, a primordiis notus, de more pulsabat, sinister vero et ipse distincto motu agitabatur, et latior indies reddebatur, donec consocio unitus ventriculo pro sinistro manifestaretur; quod subsequentium dierum inspectionibus magis patebat.




figura 18

Fig. 18. - *Quarta elapsa die* manifestior evaserat pullus. Perampli cerebri quinque vesiculae *A* adhuc patentes, magis ad invicem approximabantur, et laceratae ichorem etiam reddebant; oculi *B* magis tumidi expositam servabant figuram; alae *D*, et crura *E* magis elongata, solidiora reddebantur. Extremitas pariter carinae *F* uropygium constituta recurva prominebat; totum corpus adaucta mucosa carne tegebatur, et vasorum irrigabatur propaginibus; Interior cavae et aortae progressus condebatur, et funiculus umbilicalium vasorum *G* ab abdomine erumpebat sanguis per arterias propulsus rubicundo saturatoque inficiebatur colore; qui vero per venas regrediebatur, subluteus erat. Interius Ichoris⁵⁵ inchoamentum, et candida

Trascorso il 4° giorno il pulcino risultava più evidente. Le cinque vescicole *A* (fig. 18), ancor più evidenti, del cervello assai grande, si avvicinavano maggiormente tra loro e, una volta lacerate, emettevano anche una sierosità. Gli occhi *B*, più gonfi, conservavano l'aspetto descritto. Le ali *D* e le gambe *E*, più lunghe, diventavano più robuste. Parimente sporgeva l'estremità ricurva della carena *F* che avrebbe costituito l'uropygio*. Tutto il corpo era ricoperto di carne mucosa che si era accresciuta ed era irrorato da propaggini dei vasi. Il decorso interno della cava e dell'aorta rimaneva nascosto, e il funicolo *G* dei vasi ombelicali sbucava dall'addome, e il sangue spinto attraverso le arterie si tingeva di un colore rosso carico, mentre quello che faceva ritorno attraverso le vene era giallastro. L'abbozzo del liquame - del fegato - e i bianchissimi intestini, soprattutto con lo stomaco muscolare, tuttavia

⁵⁴ È in realtà l'allantoide. (Luigi Belloni, 1967) § Allantoide: dal greco *allantoeidēs*, che ha la forma di salsiccia, essendo *allās* la salsiccia, il sanguinaccio. In embriologia, uno degli annessi fetali che, negli animali amniotici, ha funzione respiratoria, nutritizia ed escretoria per l'embrione.

⁵⁵ L'abbozzo del fegato. (Luigi Belloni, 1967)

intestina cum carnosio praecipue ventriculo, mucosa tamen, manifestabantur. In aliquibus extra thoracem Cor *H* pendulum situabatur, cuius auriculae *I*, eidem magis approximatae, sanguinem a venis *K* recipiebant, et cordis ventriculis subministrabant: dexter etenim ventriculus *L* consuetam sortitus figuram, sinistro *M* nectebatur, qui latior redditus, retracto aortae principio *N*, sensim debitam induebat formam: In aliis vegetioribus ovis, clausa levi tunica thoracis cavitate, cor intus celabatur, et sinister ventriculus deorsum pendulus consocio incumberebat ventriculo.

Post *quintam* diem in incubato ovo nil fere novi deprehendebatur praeter maiorem enarratorum manifestationem. Vasorum umbilicalium extremus limbus, vitellum ambiens, non excurrente trunco excitabatur, sed ipsorum extremi fines lateraliter curvati et reticulariter inosculati extremum sortiebantur terminum. Circa huiusmodi ramos, globuli seu placentulae, ex vitelli substantia excitatae, hinc inde haerebant. In Vitelli semisphaera, quae umbilicalibus vasis non tegitur, diversi alveoli, non dissimiles a cicatricis rivulis, excitabantur.

mucosi, erano visibili più all'interno. In alcuni embrioni il cuore *H* si trovava pendulo all'esterno del torace e le sue orecchiette *I*, a lui più vicine, ricevevano il sangue dalle vene *K* e lo inviavano ai ventricoli del cuore. Infatti il ventricolo destro *L*, dotato dell'aspetto abituale, si connetteva al ventricolo sinistro *M*, il quale, diventato più grande, ed essendosi accorciato il tratto iniziale dell'aorta *N*, assumeva gradualmente la debita forma. In altre uova più vigorose, essendosi chiusa la cavità toracica per mezzo di una membrana sottile, il cuore si celava all'interno e il ventricolo sinistro, pendulo all'esterno, si trovava sopra al ventricolo suo compagno.

Dopo il 5° giorno quasi nulla di nuovo si osservava nell'uovo incubato, eccetto una maggiore evidenza delle cose descritte. La fascia più esterna dei vasi ombelicali, che circonda il tuorlo, non era formata da un tratto continuo, ma le loro porzioni terminali, incurvate lateralmente e anastomizzate a rete, terminavano all'estrema periferia. Intorno a siffatti rami aderivano da ambo i lati dei globuli o delle piccole focacce derivati dalla sostanza del tuorlo. Nell'emisfero del tuorlo che non è ricoperto dai vasi ombelicali, prendevano forma diversi piccoli condotti non dissimili dai rivoli della cicatricola.




figura 19

Fig. 19. - *Sexti* superata die, taliter cubabat pullus in amnio *A*⁵⁶, insigni pollens capite, cuius amplior vesicula *B*, quasi gemina,

Superato il 6° giorno, il pulcino si trovava coricato nell'amnio *A* (fig. 19) in questo modo: era dotato di una testa grande, la cui quasi raddoppiata vescicola maggiore

⁵⁶ Entra finalmente in scena il vero amnio. (Luigi Belloni, 1967)

oblonga excitata scissura, messoriae falci⁵⁷ fortasse locum praebebat, et lacerata nullum reddebat ichorem. Anteriores binae cerebri vesiculae C, humiliores redditae, subcrescente carne, parum obscurabantur, quibus appendebatur rostri inchoamentum: intercepta vero vesicula pene latitabat; quod et quintae, in occipite locatae, accidebat. Spinalis medulla, in binas divisa partes, solida per longum carinae exporrigebatur. Alae, et crura, exporrectis pedibus D, elongabantur. Abdomen E clausum, quasi hernia laborans, extra protuberabat. Erumpentia umbilicalia vasa F partim in tenue albumen G⁵⁸, vitellum et amnion ambiens, partim in vitellum H producebantur; et arteriae, graciliores redditae, venis ipsis valde [9] minores erant. In abdomine, Iecoris evidentior structura emergere incipiebat; reticularis namque compages I observabatur ex vasis et involucris structuram firmantibus, quibus miliares glandulae haerebant; et ita sensim spatia replebantur. Dubitavi interdum, quod, sicuti in testibus et conglobatis glandulis, exterius, et interius, musculosae carneaeque fibrae areas constituendo firmant et comprimunt glandularum molem, ita in iecore eadem reperiri possint. Iecoris color nondum rubicundus, sed ex candido subfuscus redditus erat. Cor interius conditum, licet mucosum, binis pulsabat ventriculis, a quibus lacertosae pendebant auriculae, duplici excitatae motu, mole adhuc insignes, una cum vasis candidis. Corporis exterior habitus cute obductus, vasorum reticularibus propaginibus irrigabatur, et evidentiores reddebantur tumores quidam, seu futurarum pennarum folliculi.

B, essendosi formata una scissura allungata, forse offriva spazio alla falce che si usa per mietere - la falce cerebrale o grande falce, e una volta lacerata non emetteva alcun liquido. Le due vescicole cerebrali anteriori C, essendosi abbassate, erano un po' occultate dalla carne che stava crescendo, alle quali era appeso l'abbozzo del becco. La vescicola interposta era quasi nascosta, come accadeva anche alla quinta vescicola localizzata a livello dell'occipite. Il midollo spinale, diviso in due parti, si estendeva solido per il lungo della carena. Le ali e le gambe si stavano allungando e si erano ingranditi i piedi D. L'addome E, chiuso, sporgeva all'esterno come se fosse affetto da ernia. I prorompenti vasi ombelicali F si distribuivano in parte nell'albumen sottile G, che circonda il tuorlo e l'amnio, in parte nel tuorlo H; e le arterie, divenute più sottili, erano molto più piccole delle vene stesse. Nell'addome cominciava a emergere con maggior evidenza la struttura del fegato, e infatti si osservava la struttura reticolare I composta da vasi e da involucri che rafforzavano la struttura, ai quali aderivano delle piccole formazioni simili a grani di miglio; e così gli spazi venivano gradatamente riempiti. Talora ho dubitato che anche nel fegato siano reperibili le stesse fibre muscolose e carnee identiche a quelle che, come nei testicoli e nelle ghiandole compresse, all'esterno e all'interno, delimitando delle aree, rinforzano e comprimono la massa ghiandolare. Il colore del fegato non era ancora rossastro, ma da candido era diventato abbastanza scuro. Il cuore, nascosto più all'interno, benché mucoso, pulsava con ambedue i ventricoli, dai quali pendevano, insieme a dei vasi bianchi, delle robuste orecchiette stimulate da un duplice movimento e aumentate di volume. L'esterno del corpo, ricoperto da cute, era irrigato da propaggini reticolari di vasi, e si facevano più evidenti alcune protuberanze, ossia i follicoli delle future penne.



figura 20

⁵⁷ In anatomia cerebrale umana esistono due falci: la falce cerebellare o piccola falce, prolungamento verticale e mediano della dura madre, che separa i due emisferi del cervelletto; la falce cerebrale o grande falce, il setto meningeo mediano e verticale che si insinua nella scissura interemisferica.

⁵⁸ L'allantoide (allantocorio). (Luigi Belloni, 1967)

Fig. 20. - *Septima* terminata die ita configuratus iacebat pullus: Capite amplo et insigni pollebat, et cerebrum *A* etiam extra eminebat solitis contentum indumentis; quibus laceratis ichor iam fluidus in solida concreverat filamenta, ventriculorum concamerationes excitantia. Inter amplos oculos sensim erumpebat rostrum. Alae et crura cum appensis pedibus omnimodam sortitae erant configurationem, et venter *B* tumidus turgentibus visceribus reddebatur. Umbilicalia vasa foras erumpentia, per vitellum et albumen producta elongabantur. Conclusum intra thoracem Cor hanc servabat figuram; geminis sc. ventriculis, quasi sacculis *C* contiguis, et in superiori parte unitis, cum superposito auricularum corpore *D* compaginabatur, et bini motus in ventriculis, totidemque in auriculis succedebant; deorsum enim retractum fistulosum corpus, quod in continuatas arterias sanguinem a dextro ventriculo receptum pulsu propellebat, sinistrum ventriculum mole maiorem iam excitaverat: circa utrosque musculosae spinales fibrae successive obducebantur, quibus cordis caro compaginabatur, et ambo ventriculi nectebantur, et ambiebantur. Auriculae et ipsae inaequales et rugosae ex lacertorum suborta implicatione redditae, quasi novum corculum binis distinctum cavitatibus constituebant; quod in adultis evidentius patet. Lacerata cute, carnibus, et mucoso peritoneo, renes oblongi cinerei coloris apparebant. Iecur ipsum, subluteo interdum suffusum colore, quandoque cinereo, auctius et solidius reddebatur, et ipsius glandulae non omnino rotundam et sphaericam referebant figuram, sed oblongiores et quasi caecales utriculos, ductui hepatico appensos, representabant; quod in aliquibus glandulosis hepatis racemis et miliaribus glandulis frequenter observatur. Ventriculus carnosus, licet adhuc exiguus, candidus erat, solitaque figura constans; appensa habebat intestina gracilia et alba.

Trascorso il 7° giorno il pulcino si trovava configurato nel modo seguente. Spiccava per la testa larga e grossa, e anche il cervello *A* (fig. 20) sporgeva all'esterno, racchiuso dai soliti rivestimenti, lacerati i quali il liquido prima fluido si era consolidato in filamenti solidi che formavano le cavità dei ventricoli cerebrali. Fra i grandi occhi sporgeva pian piano il becco. Le ali e le gambe, con i piedi che stavano appesi, avevano raggiunto la loro completa conformazione e il ventre *B* veniva gonfiato dai visceri che stavano aumentando di volume. I vasi ombelicali, che si facevano strada all'esterno, si allungavano estendendosi attraverso il tuorlo e l'albumine. Il cuore, racchiuso nel torace, manteneva quest'aspetto: si componeva cioè dei due ventricoli come se fossero due piccoli sacchi contigui e uniti nella parte superiore, con la sovrapposizione della struttura *D* delle orecchiette, e si alternavano due movimenti nei ventricoli e altrettanti nelle orecchiette. Infatti la formazione tubolare, che si era abbassata, con una pulsazione spingeva il sangue ricevuto dal ventricolo destro nelle successive arterie, e aveva già stimolato il ventricolo sinistro che era di grandezza maggiore. Intorno ad ambedue i ventricoli si diramavano in successione delle fibre muscolari fatte a spina dalle quali era costituita la carne del cuore, e dalle quali ambedue i ventricoli venivano collegati e circondati. Le orecchiette, anch'esse rese ineguali e rugose dalla neoformazione muscolare, costituivano quasi un nuovo cuoricino suddiviso in due cavità, il che è maggiormente evidente nei soggetti adulti. Lacerata la cute, la carne e il peritoneo mucoso, erano visibili i reni allungati e di color cenere. Il fegato stesso, talvolta soffuso di colore giallognolo, talaltra di color cenere, si presentava più grosso e più consistente, e le sue strutture non presentavano un aspetto del tutto rotondo e sferico, ma sembravano delle piccole cavità piuttosto allungate e quasi a fondo cieco appese al dotto epatico, cosa che spesso si osserva in alcuni grappoli di strutture epatiche e in ghiandole strutturate a grano di miglio. Lo stomaco muscolare, benché ancora piccolo, era bianco, presentava la forma abituale e aveva appesi i delicati e bianchi intestini.



figura 21

Fig. 21. - Post *octavae* diei incubationem grandior redditus pullus capitis amplitudinem adhuc servabat, quo aperto, cerebri moles iam solidior erat; nam vesiculae olim disparatae, nunc unitae, geminas constituebant eminentias, in quibus ventriculi excitabantur, thalamus pariter seu exortus nervorum opticorum, et cerebellum cum principio spinalis medullae. Exterior corporis habitus tuberculis *A* exasperabatur, [10] a quibus pennae erumpebant, quae insigniores erant circa dorsum, et uropygium. Umbilicus *B* latus et amplus, ex amnii ambiente tunica, ultra sanguinea vasa, intestinula (velut in hernia accidit) admittebat. In aperto abdomine Iecur aeruginosum, in lobos divisum, soliditatem acquisierat; nondum tamen recollecta observabatur bilis. Cor de more pulsabat, et lateraliter pulmones candidi emergebant.

Dopo l'incubazione dell'8° giorno il pulcino, che era diventato più grosso, conservava ancora una testa grande, aperta la quale, la massa cerebrale si presentava ormai più compatta. Infatti le vescicole, prima separate e ora unite, costituivano due sporgenze gemelle in cui si formavano i ventricoli e anche il talamo, ossia l'origine dei nervi ottici, e il cervelletto con l'inizio del midollo spinale. L'esterno del corpo era reso ruvido dalle sporgenze *A* (fig. 21) dalle quali fuoriuscivano le penne, che erano più evidenti intorno al dorso e all'uropigio*. L'ombelico *B*, largo e ampio, a partire dalla circostante membrana amniotica accoglieva, oltre ai vasi sanguigni, i piccoli intestini (come accade in un'ernia). Nell'addome, dopo essere stato aperto, il fegato color ruggine, suddiviso in lobi, aveva acquisito solidità, ma ancora non si scorgeva una raccolta di bile. Il cuore pulsava come al solito e ai suoi lati risaltavano i bianchi polmoni.




figura 22

Fig. 22. - *Decima* elapsa die, pullus ita cubabat, et ambientibus humoribus nectebatur: Laceratis membranibus, totum ovum circumvestientibus, et praecipue crassiori *A*, quae albuminis fusiorem continebat, corii instar, substantiam, talis occurrebat species: Pullus *B* ita flexo corpore iacebat, innatans in humore *C*, propria tunica⁵⁹ contento. Subsequebatur continuatum vitelli involucrum *D*⁶⁰, cui appendebatur seu arcte haerebat crassior albuminis portio *E*. Singula haec venas *F*, et arterias *G*, umbilicales recipiebant; lata enim vena *H* in tenuioris albuminis tunicam *A*⁶¹ deducebatur: Vitelli quoque tunica *D* venas et arterias recipiebat, quae non omnino totam ipsius peripheriam contegebant, sed relicto rotundo spatio⁶², quasi pupilla, qua crassiori albumini nectebatur, exiguos surculorum fines *I* in huiusmodi crassum albumen promebant. Elegantem circa vitellum productionem mirari licebat, dum evacuata huiusmodi tunica, et, diductis parum ipsius partibus, supra vitrum extendebatur. Arteriae mole minores erant ipsis venis, illae vero nequaquam perpetuo vitelli tunicae haerebant, sed elongatis extremitatibus invicem anastomizatis, caecae quasi appendices *K* premebant, quae a tunica *L* interius pendentes in vitelli ichore fusco innatabant, et mergebantur. Arteriis praecipue copiosi haerebant sacculi *M*, qui ambientibus sanguineorum vasorum rivulis firmabantur, et conglobata vitelli substantia turgebant: singulus utriculus plures globulos parum depressos continebat. Venarum et arteriarum umbilicalium rami nequaquam perpetuo unitim excurrerant, sed parum distantes elongabantur; et caecales arteriarum appendices a venis transversales surculos recipiebant. Vitelli ichor iam fluidior redditus subflavus, lentusque erat, et parum mole imminutus videbatur, multumque defecisse tenuior albuminis portio deprehendebatur. Pulli exterior habitus, alae praecipue et uropygium, costulis et musculis firmabantur, et pennae erumpentibus condecorabantur. Rostrum iam osseum reddebatur; scutum enim pendebat, cuius angularis portio, centrum occupans, primo candidam et osseam acquisierat naturam. hancque hexagonum

Trascorso il 10° giorno, il pulcino giaceva nel modo seguente ed era collegato coi liquidi circostanti. Lacerate le membrane che avvolgono tutto l'uovo, e soprattutto la più spessa *A* (fig. 22) che, come se fosse fatta di cuoio, conteneva la sostanza più fluida dell'albumine, si presentava la seguente scena: il pulcino *B* giaceva così, con il corpo flesso, nuotando nel liquido *C* contenuto nella propria membrana. Al di sotto seguiva l'ininterrotto involucro *D* del tuorlo, al quale era appesa o aderiva strettamente la porzione più densa *E* dell'albumine. Ciascuna di queste strutture riceveva le vene *F* e le arterie *G* ombelicali. Infatti un'ampia vena *H* andava a finire nella membrana *A* dell'albumine più fluido. Anche la membrana *D* del tuorlo riceveva vene e arterie che però non ne ricoprivano interamente tutta la periferia, ma, lasciando libero uno spazio rotondo, quasi come una pupilla attraverso la quale si connetteva all'albumine più denso, inviavano esili terminazioni di vasellini *I* in questo albumine denso. Era possibile ammirare intorno al tuorlo un loro elegante prolungamento quando, dopo che tale membrana era stata svuotata, essa veniva stesa sopra a un vetro dopo averne un po' divaricate le parti. Le arterie erano di dimensioni minori rispetto alle vene stesse e non aderivano assolutamente sempre alla membrana del tuorlo, ma attraverso delle estremità allungate, tra loro anastomizzate, scavavano come delle appendici cieche *K* che, pendendo internamente dalla membrana *L*, nuotavano e si immergevano nel liquido scuro del tuorlo. Numerosi piccoli sacchi *M* aderivano principalmente alle arterie, e inoltre erano rafforzati dai circostanti rigagnoli dei vasi sanguigni, ed erano rigonfi a causa della sostanza del tuorlo accumulata. Ciascun involucro conteneva numerose piccole formazioni rotonde poco schiacciate. I rami delle vene e delle arterie ombelicali assolutamente non scorrevano sempre affiancati, ma rimanevano un po' distanti, e le appendici cieche delle arterie ricevevano dei vasellini trasversali dalle vene. Il liquido del tuorlo, diventato già più fluido, era giallognolo e viscoso e sembrava un po' ridotto di volume, e si vedeva che la porzione più tenue dell'albumine era fortemente diminuita. L'aspetto esterno del pulcino, soprattutto le ali e l'uropigio, erano consolidati da piccole coste e da muscoli e venivano abbelliti da penne che spuntavano. Il becco diventava già osseo; infatti pendeva uno scudo la cui parte angolare, che occupava il centro, aveva per la prima volta acquisito un aspetto bianco e osseo, e un corpo esagonale di colore scuro conteneva questa parte, e pure

⁵⁹ L'amnio. (Luigi Belloni, 1967)

⁶⁰ Il sacco vitellino. (Luigi Belloni, 1967)

⁶¹ L'allantocorio. (Luigi Belloni, 1967)

⁶² Il c.d. ombelico ombelicale o vitellino (tra il sacco vitellino e il sacco dell'albumine). (Luigi Belloni, 1967)

acquisierat naturam, hancque hexagonum quoddam fusci coloris corpus continebat, quod et ipsum quasi carnea consimili substantia ambiebatur. Oculi velamentis, et membrana, qua nicticant, contegebantur. Interius rubiginoso Iecori appensus pendebat Bilis folliculus, quae caerulea erat. Ventriculus carnosus una cum elongatis intestinis, rite configuratis, interdum abdominis cavitatem occupabat, quandoque extra pendebat; et in ventriculo nil deprehendebatur, in proximo vero intestino parum bilis stagnabat.

esso era circondato da una sostanza quasi carnea consimile. Gli occhi erano coperti da veli e dalla membrana nittitante. Internamente al fegato color ruggine era appeso e pendeva il sacchetto della bile che era azzurra. Lo stomaco muscolare, insieme agli intestini che si erano allungati e dall'aspetto normale, talora occupava la cavità dell'addome, talaltra pendeva all'esterno. E nello stomaco non si rinveniva nulla, mentre nell'intestino che seguiva stagnava un po' di bile.




figura 23

Fig. 23. - Post *duodecimam* diem Pennarum eruptiones *A*, dorsi longitudinem contegebant, et ab extremis pariter alis *B* et coxis *C* erumpebant; subiectae vero partes quasi implumes erant. In ventre hiatus adhuc aderat, [11] quo umbilicalibus *D* patebat aditus, et quandoque etiam intestinis, et carnosio ventriculo. Fellea cistis, ab amplo iecore pendens, viridi turgebat humore, cuius portio in proximum intestinum eructabatur. Intestinulum a carnosio ventriculo erumpens glandularum⁶³ inchoamenta continebat. Pulmonum pariter compages emergebat, solidifacis costulis, et exterius extensis musculis.

Dopo il 12° giorno le penne spuntate *A* (fig. 23) ricoprivano la lunghezza del dorso, e parimenti spuntavano dall'estremità delle ali *B* e delle cosce *C*, mentre le aree ventrali erano quasi implumi. Nel ventre era ancora presente un'apertura attraverso la quale si apriva l'accesso ai vasi ombelicali *D* e talora anche agli intestini e allo stomaco muscolare. La cistifellea, che pendeva dal grosso fegato, era gonfia di un liquido verde, parte del quale si scaricava nel vicino intestino. Il piccolo intestino che spuntava dallo stomaco muscolare conteneva abbozzi di ghiandole. Era evidente anche la struttura dei polmoni, le piccole coste si erano consolidate ed esternamente si erano espansi i muscoli.

⁶³ Il Malpighi allude verosimilmente al prestomaco con gli abbozzi delle ghiandole che descriverà diffusamente nel trattato *Sulla struttura delle ghiandole conglobate e parti affini*. (Luigi Belloni, 1967)



figura 24

Fig. 24. - *Decima quarta* die transacta, iam fere perfectus erat pullus; pennae *A* auctiores et copiosiores eminebant; musculosa caro sub cute turgebat; ossa fere soliditatem adeptam erant; viscera clauso quasi abdomine debitam circumscriptionem sortiebantur; felleus folliculus subviridis interdum, quandoque caeruleus, a iecore pendebat, quod pertranseunti umbilicali venae parum continuabatur: In carnosio ventriculo lac stagnabat, et proxima intestini portio muco quodam candido replebatur, glandulaeque copiosae⁶⁴ intra eiusdem substantiam, interserebantur. Cor *B* unitis ventriculis compaginabatur, et plures arteriae *C*⁶⁵ tubuli, veluti manus digiti, olim a corde distantes, iam immediate haerebant; Auriculae *D* pariter amplae et impense rubicundae lacertis componebantur reticulariter implicitis, ita ut areae et spatia diversi coloris cernerentur.

Singula haec manifestiora magisque firma reddebantur absumptis humoribus, praecipue utroque albumine, et quasi dimidia vitelli portione, tribus decorrentibus hebdomadis, quo tempore in lucem proditurus erat pullus, qui adhuc inclusus pipiens audiebatur. Huius carnosus ventriculus concreto turgebat succo quasi lacte vel oxygala: superior intestinorum portio subviridi succo, inferior autem cinereo replebatur humore, et ab hiante vitelli brevi ductu liquorem recipiebat; extrema vero

Trascorso il 14° giorno, il pulcino era già quasi ultimato. Le penne *A* (fig. 24) sporgevano più grandi e più numerose, la carne muscolare era gonfia sotto la cute, le ossa avevano quasi raggiunto la compattezza, i visceri, essendosi quasi chiuso l'addome, possedevano una giusta delimitazione, la cistifellea, talora verdognola talaltra azzurra, pendeva dal fegato, il quale era lassamente unito alla vena ombelicale che lo attraversava. Nello stomaco muscolare ristagnava del succo lattiginoso e la vicina porzione dell'intestino era piena di un muco bianco, e numerose ghiandole erano disseminate nella sua struttura. Il cuore *B* era composto dai ventricoli uniti l'uno all'altro, e numerosi tubicini arteriosi *C*, come dita di una mano, prima distanti dal cuore, adesso gli aderivano strettamente. Le orecchiette *D*, ugualmente ampie e intensamente rosse, erano composte da muscoli tortuosi disposti a rete, sicché si scorgevano aree e spazi di diverso colore.

Ciascuna di queste strutture diventava più manifesta e più solida dopo la scomparsa dei liquidi, soprattutto dei due albumi e di quasi la metà del tuorlo, essendo trascorse tre settimane, momento in cui stava per venire alla luce il pulcino che, ancora rinchiuso, si sentiva pigolare. Il suo stomaco muscolare era turgido di un succo denso simile a latte o a latte acido. La porzione superiore degli intestini era piena di succo verdognolo, mentre quella inferiore era piena di un liquido color cenere e riceveva del liquido dal breve condotto del tuorlo che era aperto. Le porzioni terminali degli

⁶⁴ Il Malpighi allude verosimilmente al prestomaco con gli abbozzi delle ghiandole che descriverà diffusamente nel trattato *Sulla struttura delle ghiandole conglobate e parti affini*. (Luigi Belloni, 1967)

⁶⁵ Da sin. a d. nella figura: il tronco aortico, le due arterie anonime e il tronco polmonare. (Luigi Belloni, 1967)

intestina cum binis appensis caecis stercoraceo humore inficiebantur. In abdomine exterius carnosae quaedam labia patentem umbilici hiatus constituebant, quo admittebatur umbilici portio extra pendens; funiculus enim quasi nerveus erumpebat, qui sanguineis vasis spiraliter ductis⁶⁶ circumambiebatur. In corii⁶⁷ cavitate reticularis alborum ductuum plexus quasi gracile omentum observabatur, mucosa et candida aspersum substantia: Adhuc ambigo, an eius ope albuminis portio versus foetum deducatur, an vero sit chalazarum vestigium? Vitelli folliculus ichore semiplenus intra abdominis claustra custodiebatur.

Postremo, disponebatur pullus ad exitum; Exterioris namque corticis interdum ingens portio avulsa videbatur, et parum laceratis subiectis tunicis pulli rostrum et capitis extremitas erumpebat, non ita tamen ut ambientem corticem urgere posset; quare a gallina quandoque corticem aperiri credibile est.

intestini, con entrambe le appendici cecali, erano ripiene di un liquido stercoraceo. Esternamente a livello dell'addome alcune labbra carnose delimitavano l'apertura beante dell'ombelico, attraverso la quale entrava la porzione dell'ombelico pendente all'esterno: infatti fuoriusciva un funicolo simile a un nervo che era circondato da vasi sanguigni con decorso a spirale. Nella cavità del corion si osservava un plesso reticolare di condotti bianchi simile a un sottile omento cosparso di sostanza mucosa e candida. Sono tuttora incerto se con il suo aiuto venga convogliata una parte dell'albumine verso il feto, o non sia piuttosto un residuo delle calaze. Il sacco del tuorlo, semipieno di liquido, era custodito e rinchiuso all'interno dell'addome.

Il pulcino si disponeva infine a uscire: infatti talora si vedeva che era stata asportata una notevole parte del guscio esterno ed essendosi un po' lacerate le sottostanti membrane fuoriusciva il becco del pulcino e l'estremità della testa, ma non a tal punto da poter forzare il circostante guscio, per cui è credibile che talora il guscio venga aperto dalla gallina.




figura 25

Fig. 25. - In dissecto pullo die quarta ab ortu, vitelli folliculus hanc servabat figuram A, cum fere ex toto exinanitus brevi ductu B in mediam intestini partem hiaret; unde saepius dubitavi, ab extremis arteriarum finibus oleosam liquefieri materiam, reliquam vero, lentum scilicet humorem, reollectum in folliculi cavitate, velut excrementum in proximum propelli intestinum, cum longe a

Nel pulcino sezionato il quarto giorno dalla nascita, il sacco del tuorlo conservava l'aspetto A (fig. 25) e, quasi interamente svuotato, si apriva nella porzione media dell'intestino tramite il breve condotto B. Per cui piuttosto spesso dubitai che il materiale oleoso venisse liquefatto dalle estreme terminazioni arteriose e che il restante materiale, cioè il liquido viscoso radunato nella cavità del sacco, venisse spinto nel vicino intestino come se fosse un escremento, poiché veniva riversato

⁶⁶ Forse il peduncolo allantoideo coi rimanenti vasi sanguigni dell'allantoide. (Luigi Belloni, 1967) § Allantoide: dal greco *allantoeidēs*, che ha la forma di salsiccia, essendo *allās* la salsiccia, il sanguinaccio. In embriologia, uno degli annessi fetali che, negli animali amniotici, ha funzione respiratoria, nutritizia ed escretoria per l'embrione.

⁶⁷ Corion: dal greco *chōrion* = membrana, membrana che avvolge il feto, membrana dell'uovo. Annesso embrionale degli Amnioti, costituito da una membrana che, avvolgendo l'embrione (racchiuso nell'amnios), l'allantoide e il sacco del tuorlo, delimita con la propria parete anche la cavità del celoma extraembrionario. Nei rettili, negli uccelli e nei mammiferi lo sviluppo embrionale è caratterizzato da aree extra-embriionali dette annessi embrionali. Si tratta di amnios, corion, sacco vitellino, allantoide e placenta, quest'ultima presente nei soli mammiferi placentati. § Trattasi, in realtà, della cavità allantoidea contenente frustoli di urina solida (masse di urati). (Luigi Belloni, 1967)

ventriculo et tenuibus intestinis eructetur.

[12] Hucusque latentis olim in Cicatrice pulli manifestationem, et ortas ibidem mutationes, quas in tam obscuro et profundo Naturae penu inquirebam, et suboscure deprehendebam, in compendium redactas tumultuarie Vobis exaravi. Abstini vero ab exponendis reliquis Ovi partibus, cum passim ab aliis recensentur; hoc unum innuens, sex esse tunicas⁶⁸, quarum binae sub cortice immediate locatae sanguineis vasis non pervaduntur, reliquae vasa recipiunt, et humores varios, albumen scilicet tenuius et crassius, materiam amnii, in qua natat pullus, et vitellum continent. Successivam etiam humorum mutationem omisi, cum fuse apud alios habeatur. Hoc unum addam, tenuius albumen, Chorion contentum⁶⁹, igni appositum interdum evanescere, praecipue a die decima usque ad pulli exitum. Idem frequenter accidit contento succo in amnio, qui in tenello tamen pullo secundum aliquam sui partem concrevit, in adulto vero, et mox nascituro praecipue, salsus redditus igne evaporat: Humor pariter in folliculo vitelli coadunatus igne et aere calido concrevit. Ex his itaque interdum dubitavi, humorem, foetum immediate ambientem, nutritivas quidem commixtas servare partes, quae ventriculum patenti oris via subingrediantur, et fortasse extremi habitus laxos subintrent meatus; sed luculenter insuper fermentativis succis ditari, qui analogi sint *lymphae*, caeterisque humoribus a glandulis praecipue extremi habitus separatis; unde colliquamentum in cicatrice observatum, et a primordiis pulli stamina ambiens, hanc eandem sapere naturam saepius dubitando cogitavi.

Pro exaratorum faciliiori intelligentia, ut mos est, addenda esset Spermaticorum vasorum in *Gallo* delineatio, et praecipue binarum mamillarum, quae extra erumpentes, semen fundunt; Gallinae pariter Ovarii cum ani appendicibus, in quibus glandularum copia extat. Hos autem differo labores, et alias, Vobis ita consulentibus, ulteriori instituta indagine exponam.

Quadrupedum, et Viviparorum foetuum

lontano dallo stomaco e dall'intestino tenue.

Fino a questo punto vi ho dato la descrizione riassuntiva e affrettata del manifestarsi del pulcino, prima latente nella cicatricola, e dei cambiamenti ivi insorti, che indagavo e nebulosamente osservavo in una così oscura e immensa dispensa di cibi della natura. In verità mi sono astenuto dall'espore le rimanenti parti dell'uovo dal momento che vengono qua e là trattate da altre persone. Mi limito ad accennare solo questo, che le membrane sono 6, due delle quali, situate immediatamente sotto al guscio, non sono attraversate da vasi sanguigni, le altre ricevono vasi e contengono liquidi diversi, cioè l'albume che è il più tenue e il più denso, il materiale dell'amnio - il liquido amniotico - in cui nuota il pulcino, e il tuorlo. Ho tralasciato anche il successivo cambiamento dei liquidi dal momento che presso altri autori è abbondantemente reperibile. Aggiungerei solo questo: l'albume più tenue, contenuto nel corion, messo sul fuoco talora evapora, soprattutto a partire dal 10° giorno fino alla nascita del pulcino. Spesso la stessa cosa accade al liquido contenuto nell'amnio, che tuttavia nel pulcino giovincello coagulò parzialmente, mentre nel pulcino adulto, e soprattutto in quello prossimo a nascere, sul fuoco diviene salato ed evapora. Parimenti il liquido raccolto nel sacco del tuorlo coagula al fuoco e all'aria calda. Pertanto in base a queste osservazioni talvolta ho dubitato che il liquido, che circonda immediatamente il feto, contenga delle frazioni nutritive mischiate tra loro che entrerebbero nello stomaco attraverso l'accessibile via della bocca, mentre forse penetrano attraverso gli ampi meati della superficie corporea; ma che inoltre il liquido è abbondantemente arricchito di succhi fermentativi che sarebbero analoghi alla linfa e agli altri liquidi secreti dalle ghiandole, principalmente da quelle della superficie corporea. Per cui ho più volte pensato con dei dubbi che questa stessa natura spettasse al colliquamento osservato nella cicatricola e che circonda fin dai primordi gli abbozzi del pulcino.

Per una più facile comprensione delle cose descritte, andrebbe aggiunto, come d'abitudine, il disegno dei vasi spermatici nel gallo, e specialmente delle due papille che, fuoriuscendo, riversano il seme; parimenti dell'ovaio della gallina con le appendici anali in cui si trova abbondanza di ghiandole. Però rimando questi lavori e li esporrò in un'altra relazione, se voi mi consiglierete di farlo, dopo aver praticato ulteriori ricerche.

Ormai quasi dispero di poter compiere ricerche su feti

⁶⁸ Ossia: la testacea esterna, la testacea interna, l'allantocorio, il sacco dell'albume, l'amnio, e il sacco vitellino. (Luigi Belloni, 1967)

⁶⁹ Ossia, l'allantocorio. (Luigi Belloni, 1967)

perquisitionem, cum potiora otia et regias pene impensas⁷⁰ exigit, iam pene despero. Paucas interim hasce observationum adumbrationes in tam grandi opere inconcinne collectas, solita, qua favetis, humanitate excipite, Sodales doctissimi, et singulorum instituta discussione, vel novos indicate labores, vel perpetuo feriari iubete. Diu valeatis.

Dabam Bononiae, Calendis Februarii 1672.

di quadrupedi e vivipari, poiché esse richiedono maggior tempo libero e spese quasi regali. Frattanto, dottissimi Colleghi, vogliate accogliere con la consueta benevolenza, con cui mi sostenete, questi pochi abbozzi di osservazioni goffamente raccolte in una così grande impresa; e dopo aver discusso ogni singola cosa, indicatemi nuove ricerche o ingiungetemi di starmene a riposo per sempre. State bene per molto tempo.

Consegnavo il 1° febbraio 1672 a Bologna.

⁷⁰ Echeggia qui l'inno di Harvey al mecenatismo del re Carlo I. Si veda anche la *Lettera a J. Spon.* (Luigi Belloni, 1967)




Fig. 16.

Fig. 16.

Fig. 17.






Fig. 13.

Fig. 18.

